



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Factum mirabile Abbatis Iuliani Stylitæ. Capvt. XXVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

dicentes: Tolle à nobis senem hunc, nam molestus nobis est. Dicit eis Episcopus: Quid vobis facit. Dicunt ei: Accedit missam celebrare die Dominico, nunc hora tertia, nunc autem hora nona, ut sibi visum fuerit, neque seruat solennem, ac legitimum ordinem² sanctæ oblationis. His compertis, Episcopus assumens senem seorsum ait illi: Quid ita facis, senex? An ignoras sanctæ Ecclesiæ statuta. Ait senex: Vera profecto prosequeris, & recte dicis. Verum quid agam, ignoro. Die enim Dominico post nocturnos hymnos, prope sanctum altare sedeo, & quousque videam³ Spiritum sanctum altare obumbrantem, sancta Missarum solennia non incipio. Cum autem aduenisse Spiritum sanctum aspicio, tunc ego sacra officia consummo. His auditis, Episcopus admiratus virtutem senis, convocat habitatores villæ, satisfaciensque illis, dimisit eos in pace.

HV. C. seni misit Abbas Iulianus Stylites salutationem, mittens ei etiã pannum involutum, habentem intus tres⁴ carbones ignis. Senex vero suscipiens salutationem, & carbonem ardentem, remisit eidem Abbati ipsum pannum involutum aqua plenum. Distabant autem ab invicem fere viginti milibus passuum.

¹ Senex summi apud Deum meriti.

² Vide Missam vocari sanctam oblationem.

³ Ecce quomodo & hic est dicitur Spiritus sanctus olim visibiliter apparuisse, circa Missarum celebrationem.

⁴ Aduerte quod sancti viri etiam irrationalibus creaturis dominantur.

Factum mirabile Abbatis Iuliani Stylita.

C A P V T. XXVIII.

Narrabat Abbas Cyriacus discipulus predicti Abbatis Iuliani Stylita, dicens: Venimus ego, & pater

pater meus, & frater à regione nostra ad Abbatē
 Iulianum, audita eius fama. Ego enim habebam
 passionem insanabilem, quam nullus hominum
 curare potuerat. Venientem igitur senex protin'
 me oratione¹ curauit. Mansimus autem omnes
 apud eum, & abrenunciauimus seculo. Confire-
 itque senior patrem meum super frumentū. Qu-
 dam verò die venit pater meus, & ait Abbati Iu-
 liano: Frumentum non habemus. Senex autem
 de columna respondens ait: Vade, frater, & ipse
 quod inueneris, collige hodie, & mole, & de ce-
 lino Deus nostri curam habebit. Ille verò in hoc
 verbo turbatus (sciebat enim se nihil dimississe)
 abiit ad cellam suam. Necessitate autem urgente
 misit ad eum senex dicens: Accede huc. Ille cum
 vix venire acquieuisset, dicit ei senior: Frater Ge-
 non, vade, & quod inueneris, fac in cibū fratrum.
 Ille præ iracundia sumptis horrei clauibus abiit,
 volens teriæ puluerem ferre. Cùm autem amouit
 claustris ostia vellet aperire, non poterat. Erato-
 nim totum horreum frumento plenum. Quo ille
 viso perterritus, seni veniam prostratus petiit.

¹ Oratione sancti viri protinus curatus est infirmus. Ma-
 gna ergo res, Oratio.

Miraculum sanctissimæ Eucharistiæ.

C A P V T. XXIX.

QUAS triginta milliaribus ab Aegina ciui-
 tate Ciliciæ Stylitę i duo erant sepe rati ab
 inuicem sex millibus passuum. Ex his alter
 sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ com-
 municabat, alter autem, qui etiam plus temporis
 in columna egerat, Seuerianæ impietatis erat. Va-
 rijsque modis hæreticus Catholicum crimina-
 batur. Ille verò diuinitus inspiratus, petiit ab